vt ad earum creatorē tm̄ iuramentum referat venialiter pecca
uit· & notat Archi· vbi ſ̄· ſi iurauit aliqd temere.i· qđ de ſui
natura ſit mortale vel ꝙ ſeruatū vergat ī interitū ſalutis eter=
ne peccauit mortalit̄ iurādo· xxv· di· §· criminis· et notat Archi
xxij· q· iiij· in mal' qn̄ vero ſolū iuramētū vergit ī peiorē exitū
qđ cōtingit ſex modis· Primo cū iurat̄ aliqd qđ in ſe ē mor=
tale· Scđo cū iuratur aliquid qđ in ſe eſt veniale· Tercio cū
iuratur indifferens aliquid qđ ex circumſtantia efficitur mor=
tale vel veniale· Quarto cū iuramentum excludit opus ex ca=
ritate faciendum· Quinto cum excludit opus de genere bono
rum· Sexto cum excludit opus indifferens pia intentione ꝓ
deo aut pro proximo faciendum· In primis autē tribus qui
libet ſic iurans auctoritate propria poteſt cōtrauenire ſed im=
ponenda eſt ei penitentia pro temerario iuramento· Reliqua
vero tria non ſunt obligatoria nec pro tranſgreſſione eorum
imponenda eſt penitentia tanꝙ pro mortali· Auctoritate ta=
men propria non expedit contrauenire tū propter reuerentiā
ſacramenti· tum propter ſcandalum ſimplicium niſi ꝓpt vr=
gentem neceſſitatem· alias debet haberi abſolutio ſeu relaxa=
tio a ſuperiore· hec Archi· vbi ſupra· c· ſe· Si iurauit aliquid
ſecretum tenere quod tractatum eſt ī conſilio vel aliud qđ ſit
periculoſum reuelare· Nam ſi aduertenter reuelauerit peccauit
mortaliter ipſe & qui eū ſuaſit ad reuelandū ſciens eſſe ſecre=
tum· Con· Ric· in· iiij· di· xxi· ar· v· q· iiij· Si iurauit ſeruare
ſtatuta alicuius loci vel ciuitatis iuſta trāſgrediendo ſcienter
peccauit mortaliter· Si tn̄ aliqđ ſtatutū eſt abrogatū ꝑ con=
trariā cōſuetudinē qꝛ quottidie ꝑ omnes ſit ↄtrariū & multo
tpe nō videtur periurus ſi nō ſeruet illud· di· iiij· §· leges· Cō·
v v· Si ꝓmiſit cū iuramēto ſe facturū aliquid licitū ad hono
rem dei vel ſanctorū & n̄ intēdebat ſeruare mortalit̄ peccauit
ſi aūt intēdebat ſeruare ſꝫ veniente termīo quo debebat īplere
ꝓmiſſum nō adimpleuit cū tamē poſſet licet cū incōmodita=
te ſua peccauit mortaliter idem eſt ſi iurando aliquid ꝓmiſit
homini ꝙ daret ad certum terminū quia ſi nō impleuit cum
poſſet elapſo termīo peccauit mortalit̄ niſi ille cui promiſit an̄

terminum relaxaret iuramentum quod facere poteſt· extra· e· c· i· & c· ſicut· ſi pmiſſum cedat ſolū in vtilitatē eius· ſecus ſi talis promiſſio cōcernat honorē dei vel ſanctorum ſeu vtilitatem cōmunē vel alterius tercij vt notat plene dn̄s An· de bu· extra de ſpon· Preterea & Jo· de imo· i cle· ex graui de vſuris· ſi aūt qd promiſit n̄ potuit implere excuſatur p tunc a peccato quouſqz poterit· Si aliquid vi metuſiue cauſa iurauit ſeruare tenetur· ſm Ray· extra eo· ſi vero· & extra qr metus cauſa· Ad audiētiam· Vide ibi clarius· Si iurauit ex impetu aliqd ſuper quo ſi plene deliberaſſet nō iuraſſet ſeruare tenetur ſi eſt licitum ſecundum· vv· Ad hoc· xvij· q· iiij· ſunt qui·

De diſpenſatione iuramentorum

Quis autē poſſit a iuramento abſoluere vel diſpenſare notat dominus An· de bu· vbi ſupra· & ſpecu· in ti· delegato· §· nūc oſtendendum· vſi· xxiiij· & duran· in ſu· e· ti· q· lxvi·

De adiuratione·

Tercio interroget confeſſor ſi adiurauit aliquem per inuocationem diuini nominis vel per reuerentiam alicuius rei ſacre· quia ſecundum Tho· ſecunda ſecunde· q· lxxxx· ar· i· ſi hoc facit alicui non ſibi ſubdito per modum coactionis intendens eum obligare ad aliquid faciendum ſicut obligaret ſeipſum iurando· illicitum eſt & mortale quia vſurpat poteſtatem in alium quā non habet· Si vero hoc facit erga ſubditos aſtringens eos tali genere adiurationis· licita eſt eo caſu quo liceret eis precipere· alias nō· & tūc adiuratus tenetur illud dicere vel facere alias peccaret mortalit· Adiurare vero aliquē pdicto modo per modū depcacōis nō neceſſitatis talis adiuratio licita ē reſpectu quorūlibet ſi fiat ex cauſa· Si adiurauit demones ad aliquid ſciendū vel obtinendū ab eis p modū precis· ē illicitū & mortale ſm Tho· vbi ſupra· ar· ij· niſi fieret ex familiari ɔſilio ſpūs ſancti vel ex quadā ſimplicitate q̄redo ab obſeſſis a dyabolo· Adiurare aūt eos p modū coactiōis ne nobis noceāt licitū ē· Luce· x· Si adiurauit creaturas irracōnales ne dyabolus eis vtatur ad nocēdū nobis talis adiuratio p modū cōpulſiōis ſic ſit ab exorciſtis licita ē ſm Tho· vbi ſ· Si aūt vt dyabolus operetur aliqd in eis n̄ licz & mortale eſt· Si in

cantilenis fabulis ſeu in narrationibꝰ turpibꝰ & amatoriis mi-
ſcuit ſcienter deū vel ſanctos mortale eſt·

De tranſgreſſione votorum·

QVarto loco interroget confeſſor ſi tranſgreſſus eſt ſeu
obmiſit implere aliquod votum licitum & ſi aduertē-
ter cum poſſet ſemper eſt mortale & totiens quotiens
trāſgreſſus eſt· Secus ſi ex obliuione vel impoſſibilitate· ſi
vouit ſe aliquod malum facturum vt vindictam | vel aliquid
bonum non facturum ſiue maioris profectus impeditiuum vt
non ingredi religionem & huiuſmodi mortale eſt nec ſeruare
tenetur imo autoritate propria cōtrauenire poteſt· Si nimis
tardauit implere quod vouerat propter quod omnino excidit
a memoria vł venit in ſtatum non valendi implere cum bene
prius potuiſſet mortale videtur· Idem quotiens dimiſit pro-
poſitum implendi cum tamen poſſet· Et ſcđm·v̇v̇· Si vouit
abſolute & ſine temporis prefixione tenetur ſtatim implere cū
poteſt: alias ſi ſub conditione vel cum temporis prefixione :
non tenetur niſi extante conditione vel die determinato niſi ex
hoc immineret periculum non valendi implere: puta is q̄ vo-
uerat intrare religionem ſi ex mora timet impedimentum te-
netur non differre ſecundum Tho· in quarto· Si vouit aliq̄d
licitum ſe facturum propter malum finem grauiter peccat &
non tenet votuꝫ ſcđm Ric· in q̄rto di· xxxviij· ar· j· q· j· Si ex
iſtens ꝓprie poteſtatis fecit votū abſtinentie ſeu pegrinatiōis
et dubitat vtꝝ poſſit iplere vel non & ſine diſpenſatione |
vel cōmutatione ſeu ꝯſilio ſui ſupioris vel ꝯfeſſoris cū de faci
li poſſit hēri recurſuꝫ ad alteꝝ ipſoꝝ frāgit mortale videtur·

De votis ſubditorum

Si exiſtens ſub alterius poteſtate puta vxor impubes pu-
pillus & ſeruus vouerit abſtinentiam vel peregrinationem &
huiuſmodi ſine conſenſu poteſtatem habentium non tenetur:
niſi tacite vel expreſſe ratificetur per eos: puta per virum pa
trem tutorem & dominum nec iſti peccant reuocādo vota ſub
iectorum : nec ſubiecti peccant non implendo vota· xxxiij· q·
v· noluit· & c· manifeſtuꝫ· & c· hec imago & q̄d dictū eſt de

votis intelligit etiã de iuramentis ſm· v v· & in talibus vir &
vxor non ſũt ad inpariã iudicandi excepto voto vltramarino
de quo extra de vo· & vo· redemp· c· magne· Imo plus qa vo
tum qđ ante matrimoniũ cõtractum emiſerat vxor vel cui vir
ſemel conſenſerat ſine peccato ex iuſta cauſa poteſt etiã reuoca
re vt in iuribꝰ pallegatis· Cõ· Ric· vbi ſ· ar· iiij· q· j· & In=
no· extra· e· ſcripture· vbi dicit idem eſſe de puberibus qđ de
impuberibus dummodo ipſi puberes ſub patria poteſtate ſint
cõſtituti niſi patres cõſentiãt expreſſe vel tacite· Con· pdictis
do An· de bu· in· d· c· ſcripture cũ limitatione tamen d· qꝫ for
te non eſſet malum dicere qꝫ pater vota filij & vir vxoris vo=
ta & ecõuerſo irritare poſſunt inqtũ derogetur patrie pote=
ſtati vel maritali ſeu coniugali: ideo ſecus ſi aliquis pdictorũ
voueret dicere pſalteriũ vel aliquid huiuſmodi qđ poſſet face
re ſine leſione & pudicio iurium predictorum· Con· Hugo· i
d· c· manifeſtũ· Credit tamen Inno· qꝫ etiam impubes ſi doli
capax ſit & fecerit votum abſtinentie vel peregrinationis vel
aliud huiuſmodi qꝫ debet illud implere poſtqꝫ patriã exiuerit
poteſtatem quia ſe obligauit deo quod potuit ſicut & per de
lictũ ſe obligare poteſt diabolo vt extra de delic· pue· c· j· Cũ
talibus tamen eſt faciliter diſpenſandum vel commutandum
Cõ· Io· an· & do· An· de bu· in· d· c· ſcripture· Idem dicit Ar
chi· xxviij· q· j· c· nuptiarum de vxore que ad preceptum viri
fregit votum abſtinentie· ſ· qꝫ eo mortuo tenetur exequi votũ
ſuum· Et idem de alijs ſub alterius poteſtate conſtitutis: qa
ſcilicet eorum vota reuocata ſeu irritata a ſuperiore ceſſante p
hibitione tenentur ea ſeruare ar· xv· q· vi· nos ſanctorum con·
Hug· & Inno· Idẽ idirec· li· ij· ti· xxij· ſ· xvj· & ſe· Si fecit
aliqđ votũ ſtultũ vt de ñ pectinando caput in ſabato & huiuſ
modi: etiam ſi pro honore ſanctorum fecerit huiuſmodi vota
pocius ſunt deridenda qꝫ obſeruanda quia ſimilitudinem quõ
dam habent cum idolatria· Et notat tho· ſecunda ſecunde· q·
lxxxviij· Idez duran· in ſumma eo· ti· q· j· & Archi· xij· q· ij·
Qui bona· Si fecit votum ſub conditione generali vel ſpeciali
et conditio aduenerit votum ſeruare tenetur· Si vero non ad
uenerit non tenetur: niſi taliter vouens ſe obligare omnino

intendebat etiaz ſi intentuz ſuũ non conſequeretur ſcd̃m Ric. vbi ſupra ar. j. q. ij. Con. Inno. Jo. an. & do. Ant. de bu. in c. Scripture eo. ti. vbi plene de hoc per doct. Si exiſtens in aliquo piculo ſeu anguſtia emiſit aliquod votum puta mulier in partu vel quis alius in mari ſeu alibi: quia ſi habuit deliberatam intentionem obligandi ſe obligatus eſt ſecundum vo. ar. xvij. q. iiij. Sunt qui opes. Secus ſi ſubito & indeliberate extra eo. litteraturam niſi poſtmodũ ratificet. ſecundũ duran. in ſu. eo. ti. q. j. licet igit. licitum quis mente ꝓponat vel voueat non tamen propoſitum vel votuz complere tenet. niſi deliberatio preceſſerit. Nam ſecundum Thomam ſecunda ſecunde. q. lxxxviij. ar. j. ad votuz tria de neceſſitate requirunt. Primo deliberatio. ſecundo propoſitum voluntatis. Tercio ꝓmiſſio in qua perficitur ratio voti. Abbas in dicto. c. litteraturam dicit ꝙ in voto poſſunt attendi tria ſcilicet. Initiuz cõfirmatio & conſumatio. Initiatur enim votum cum propoſitum in mente ſeminatur & cognoſcit homo illud eſſe bonum quod proponit non tamen aliquid deliberat Ideo ex hoc non obligatur quo ad deum nec quo ad eccleſiam. Confirmatur cum ſuper propoſito figitur & firmatur deliberatio & ex hoc obligatur quo ad deum. Conſumatur cum propoſitum deliberatum ore vel alio actu extrinſeco exprimitur. Et hoc obligat quo ad deum & quo ad eccleſiam. Et notat Jo. An. & domnus An. ibidem in dubio conſulat confeſſor quod tutius eſt. De voto religionis vide infra hac eadem parte. tit. iiij. c. j. & ij.

De diſpenſacione votorum

Circa diſpenſationem votorum ſecundum Hoſtienſem tene pro regula. ꝙ quandocunqz aliquis vouet vel promittit aliquid facere quo facto: vel aliquid non facere quo non facto / cedit in detrimentum ſalutis anime: vel corporis / vel peccatum mortale incurritur nõ eſt ſeruandum votum nec iuramentum nec pactum nec conſuetudo nec lex nec preceptum nec aliquod aliud vinculuz firmitatis. xxij. q. iiij. §. ſi. & c. inter cetera & extra de uſur.

·c· quanto· Si vero votum eſt licitum auctoritate ſuperioris & ex cauſa poteſt diſpenſari ſeu commutari extra· e· c· i· vbi patet ꝙ epiſcopus vel eo ſuperior poteſt omnia vota ex cauſa diſpenſare vel cōmutare in melius ꝑter ea que ſūt ei expreſſe prohibita & pape reſeruata q̄ ſūt quatuor· Primū ē votū cōtinētie ſeu caſtitatis qđ ſol9 papa poteſt diſpēſare ex magna cauſa & ꝓpter maius bonū vt dicūt hoſti· et ala· d· c· i· poteſt tñ epus diſpenſare ſuper voto de nō petēdo debitū coniugale ſecundū al· Secundū eſt votū vltra marinū extra· e· ex multa Terciū eſt votū de viſitando limina apoſtoloꝝ petri & pauli Quartum eſt votū ſancti iacobi hec duo reſeruantur pape de conſuetudine curie· Ceteri vero prelati & cōfeſſores epiſcopo inferiores licet a peccato trāſgreſſionis votorum poſſint abſoluere cum non ſit de caſibus reſeruatis· Vota tamen de iure cōmuni non poſſunt diſpenſare nec cōmutare & ſic de conſuetudine ſeruatur vt dicit hoſti· exceptis tamē prelatis religioſ Nam omne votū quod quis fecerit in ſeculo ſi ingrediēs religionem actualiter ſeu habitualiter intēdit illi amplius nō teneri cōmutatᷣ i votū religionis et ipō ingreſſū liberatᷣ· extra e· Scripture· Si vero actualiter ſeu habitualiṫ intendit ingrediendo religionem etiam obligari ad illa remanet obligatus· Tamen poſtꝙ deuenerit hoc ad noticiam prelati ſui ipſū ab illis abſoluere poterit precipue ſi tempore profeſſionis eius ꝑlatus hoc ignorabat· ſm Ric· in· iiij· di· xxxviij· ar· viij· q· ij· In religione vero religioſus nō poteſt aliquid ſine ſui licētia prelati vouere niſi eſſet forte qđ minimū ex quo nil mali adm iracōis vel ſcādali venire poſſet puta oratione & huiuſmodi· Et ſi alias vouerit non debet ſine prelati licentia exequi· Qđ ſi de licentia prelati aliquid vouerit videtᷣ quibuſdam ꝙ hoc caſu ipſe idem prelatus cum eo diſpenſare non poterit ſ; eius ſuperior bene hoc poterit ſm Ric· vbi ſupra· ar· iiij· q· iij· In hys cōmuniter· Con· doc· Caſu igitur quo votū diſpēſari ſeu cōmutari debeat· confeſſor multa habet conſiderare· Primo cauſam licitā vt cum quis vouit abſtinentiā vel peregrinationem & eſt ſenex debilis vel infirm9 vel eius abſentia eſt multum dampnoſa rei publice vel occaſio alicui9 magni mali vel

multum veriſimiliter redemptio ſeu cõmutatio voti melioꝛ &
deo gratioꝛ videatur ꝙ voti adimpletio· & qui ſine cauſa ra-
tionabili diſpenſat· licet quo ad eccleſiam teneat tamen quo
ad deum & in iudicio anime diſpenſans ſibi dampnationẽ ac
quirit· ix· q· iij· Alioꝛum· extra· e· Non eſt· Idem in direc· e· ti·
Secundo conſiderare debet qualitatem perſone vouẽtis· hoc 2°
ideo dico quia ſi votum eſt peregrinationis & vouẽs eſt ro-
buſtus commutari poteſt in vigilias & ieiunia· Si vouens
eſt diues & debilis· poteſt cõmutari in elemoſinam· Et ſi vo-
uens elemoſinam eſt pauper & foꝛtis poteſt cõmutari in itine
rationem et ieiunium vt notat dominus An· de bu· extra· e· c·
1· Tercio debet conſiderare maioꝛem vtilitatem· Expedit enĩ 3°
vtilitatem reipublice pꝛeferre vtilitatẽ priuate· Vel ſecũdum
Jo· an· ibidem· licet vouens ſit foꝛtis & ieiunare & peregri-
nari poſſit poteſt tamen & vult hedificare eccleſiam· hoſpita
le· puellas dotare vel pauperes reficere & veſtire· talis enĩ &
tanta poterit eſſe redemptio ꝙ erit magis vtilis & grata deo
ꝓpter de dañ· iiij· dicitur· peccata tua elemoſinis redime· Quar- 4to
to debet confeſſoꝛ conſiderare facultates vouentis laboꝛem et
expenſas itineris· ad locum tamen peregrinationis mittenda
eſt oblatio quam vouens ibi erat facturus· ſm Ray· & duran·
in ſu· e· ti· ſꝫ hoc poteſt intelligi de honeſtate nõ de neceſſitate
ſm· v· v· tene pꝛimam opinionẽ quia verioꝛ· ex tali enĩ pollici
tatione acquiſitũ iam fuerat ius illi loco ſeu eccleſie vt notat
Inno· zamb· & ab· ſy· extra de cen· ex ꝑte· Tollere autem vo-
tum abſqꝫ cauſa vel vlla cõmutacõe non videt̃ poſſe fieri nec
etiã ſine auctoꝛitate ſuꝑioꝛis quantũcunqꝫ ſit cauſa poſſe dif
ferri ſi haberi poteſt extra eo· non eſt· vbi hec notant· Bar· &
Hoſti· & notatur in direc· li· ij· ti· xxij·

Tercium preceptum eſt de obſeruatione feſti· Sabbata sancti fices

TErciũ preceptũ eſt· Sabbata ſanctifices· De hoc etiã
dicit̃ exo· xx· Memento vt diem ſabbati ſanctifices·
hac lege p̄cepto p̄cipit̃ temp⁹ aliqͩ vacacõis deo de
putãdũ & indeterminate· & hoc modo p̄cipit̃ dies dominica
tempoꝛe gratie ſicut dies ſeptima tempoꝛe legis moſaice qa
talis vacacõ ſm tempus aliquod indeterminatũ eſt p̄ceptum

Nota

morale legis nature· Secundum vero q̄ precipit aliquod tē pus vacationis determinatum vacatio diei dominice tempo-re gratie eſt morale diſciplin̄.i.morale ex inſtitutione diuina p miniſterium eccleſie ideo circa hoc tempus eccleſia poteſt diſpenſare neceſſitate vel pietate exigente ſm Alex·d al·tercia pte ſu·di·xxxiij·ar·vltimo·q·ij·Et nota q̄ feria·diei dominice incipit a veſpera vſq3 ad ſequentem veſperam extra·e· omnes.i.a ſero diei naturalis precedentis vſq3 ad occaſum ſolis ipſius diei dominice vt notat Nicol·de lira·exodi·xx· Idem de alijs feſtis ab eccleſia preceptis· Eſt tamen ſm quoſdam attendenda conſuetudo regionum circa feſtoꝝ initium & finē extra·eo·quoniam·Eſt igitur ceſſandum diebus feſtiuis ab omni ope ſeruili quod duobus modis accipitur· Primo modo accipitur opus ſeruile p peccato Jo·viij·Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati·et licet peccatum omni tempore ſit damnabile eo maxime eſt damnabile cum ſit tempore determinato vacationi diuine quia qui tali tempore peccat duobus peccatis peccat vno actu non ratione actus ſed ratione reatus :ſicut qui deflorando interficit virginē dupliciter peccat vno actu interficiendo ſc3 & ſtuprando ſm Alex·vbi ſ̄· Alio modo hoc preceptum prohibetur opus ſeruile put determinat̄ ab eccleſia extra·eo·omnes·Poterit igitur confeſſor ſup hoc precepto ſic formare interrogationes· Primo ſi fecit diebus dominicis vel alijs feſtis preceptis ab eccleſia aliquod opus mechanicum vel manuale vel agriculturā & huiuſmodi quia peccauit mortaliter excuſatur tamen a peccato tripliciter·primo ex neceſſitate que nō poſſit differri: vt ſi iacentibus ſegetibus in agris aut fenis in pratis imminet tempeſtas vel pluuia que corrumpant vel deterioret ſeu gratia vindemiaꝝ vel meſſium ob neceſſitates hominum: vel eſt piculum hoſtium aut veniunt inundationes aquaꝝ & huiuſmodi extra de fer·c·ſi·& Alex·vbi ſ̄·Hac de cauſa excuſant̄ etiam minutores et fabri ſi principaliter propter neceſſitatem & non cupiditatem hoc faciunt· Idem de carnificibus & pincernis qui in diebus feſtis preparant ea que debent vendere in craſtinū ī mercato vel ſtationibus ſuis· Et reliqui qui preparant victualia

diebus feſtis & die precedenti non poterant ꝯmode ꝑpare
Excuſari etiam vident̃ hij q a dominis ſuis ꝯpellunt operari
diebus feſtis ſi iuſto metu inducti hoc faciunt. Ideo de vecto
ribus merciũ ad nundinas vel loca remota q̄ ſine graui incõ
modo non poſſent dieb⁹ feſtiuis ceſſare ab itinerando. De bar
berijs & ferratorib⁹ equoꝝ videt̃ idẽ .ſ. ꝙ excuſant̃ operando
in feſtis ſi principaliter ꝓpter neceſſitatem eorum quibus hu
iuſmodi operas impendunt faciant. ſecus ſi principaliter pro-
pter queſtum aut cupiditatem. Et illi etiaʒ qui de talibus eos
requirunt excuſantur ſi aliter non poterant ſibi commode ꝓ
uidere. Viatores etiam & curſores ſi itinerentur in feſtis non
credo condemnandos ſiue hoc faciunt ꝓ pecunia ſiue non hec
vv. Idem duran. in ſu. eo. ti. q. v. Euntes autem ad merca-
ta que fiunt in feſtis ſi eunt ꝓ aliqua ſua neceſſitate non cre
do ꝙ peccent mortaliter ſecundum vv. Secus ſi conſuetudi-
narie ſeu lucrandi cupiditate ſicut ſolent multi mercatores fa-
cere qui propter frequentandas nundinas & huiuſmodi mer
cata etiam a diuinis in feſtis ſe ſubtrahunt. Mercata vero que
pro victualibus & quotidianis neceſſitatibus fiunt vt taber-
na & hoſpicia non videntur eſſe illicita ſi propter neceſſitateʒ
egentium principaliter fiant | non propter lucrum: nec propter
hoc obmittantur diuina. Idem de aromatorijs ſi vrgente ne
ceſſitate puta infirmorum & aliorum quibus ſine ſcandalo nõ
ſubueniri non poſſit laborãt ſeu vendant nõ tñ ꝓpter hoc aper
tas apotecas tenere debẽt. Idẽ de tingentib⁹ lanã vel pãnos
& ꝑcipue ĩ tinctura guadi ſi ĩ feſto laborãt ne tĩctura ꝑiclitetur
vel deterioretur. Et breuiter omnia officia & exercitia q̄ hũa-
na neceſſitas exigit exerceri vt coquere panem & alia cibaria
ꝑparare ſcribere & huiuſmodi in feſtis licite fieri poſſint mul
to magis omnia ſpiritualia vt notat archi. d. con. di. iij. c. ieiu
nia. Secũdo excuſat pietas: nam ex pietate licet cauſas de
biliũ ſeu miſerabilium pſonaꝝ ĩ die dominico tractare | & alia
pia opa facere extra e. c. j. & ſi. Vnde dicit durã. ĩ ſu. eo. ti.
ꝙ q. vij. exceptis dieb⁹ domĩcis & maiorib⁹ ſolẽnitatib⁹ xp̄i
poſſũt ꝓ eccleſia arari agri pauperum & alia eoꝝ opera fieri.
extra eo. licet. precipue ſi ſic ſe habet conſuetudo regionis:

quam ſcit epiſcopus loci & non reprobat & talis ſit pauper-
tas pauperum ꝙ hoc exigere videat̃. Con. v v. In precipuis
vero feſtiuitatibus. ſi non ſit prohibitum vel etiam conſuetu-
dini loci contrarium. ſecundū duran. ibidem. licet aliquid cir-
ca hedificationem eccleſiarum locorum ſacrorum hoſpitaliū.
vel circa edificationem domorum religioſorum & miniſtrorū
eccleſiarum pauperum. preſertim eorum qui redditus non ha
bent vt ſi oporteat portari lapides cōduci ligna & huiuſmo-
di. que alias vix vel nunꝙ commode fieri poſſent. Non tamē
propter hoc omittantur diuina. nec per totam diem laborent
Con. v v. & Alex. de al'. vbi ſupra. vbi addit hec licere maxi
me ſi interueniat diſpenſatio illorū quibus credita eſt. Ter-
cio excuſat operis paruitas. vt modica itineratio & modica
opera hominis qua molendina ad ventum ſeu ad aquam exer
centur & mouentur. ſecus autem de alijs molendinis & ſi ex
iſtens dn̄s vel paterfam. ſeu patronus fecit fieri aut permiſit
fieri a ſubditis ſuis aliquod opus ſeruile diebus feſtiuis exce
ptis predictis tribus caſibus peccauit mortaliter ipſe & ſub-
diti niſi iuſto metu qui cadere poſſet in conſtantem virum fe-
ciſſent vel niſi aliter ꝙ ab eo victū & neceſſaria acquirere poſ
ſent pro ſuſtentatione nature proprie ac ſuorum extra. de re-
iu. Quod non eſt. i. q. i. Remiſſionem. Si per totam diem fe-
ſti vacauit venationibus & aucupijs. quia licet de ſe nō ſint
mortalia ex circumſtantia tamen poſſunt fieri mortalia. Si
vacauit ludis & choreis & alijs vanitatibus ſeculi in die fe-
ſto. Nam ibi occurrunt ſepe mortalia. Vide infra in peccato
gule. Si diebus feſtiuis fuit deditus ebrietatibus & com-
meſſationibus ſuperfluis. quia ſi ex certa ſcientia nimium ſe
ingurgitauerit vel biberit mortaliter peccauit. vt notat Ar-
chidiaconus. diſtinctione quarta. capitulo Quadrageſima.
Si diebus feſtiuis iuit ad ſpectacula illicita puta haſtiludia
vel torneamēta quia videtur peccaſſe mortaliter. ex quo ea fa-
cere eſt mortale. & prohibitum. ſecundum. v v. quacunqȝ in-
tentione fiant & ſobrie. ſecundum Richardum in quarto. di.
xxiij. ar. ij. queſtione. iij. Et quia quodlibet mortale diebus
feſtiuis commiſſum duplicatur ſecundum Alex. vbi ſupra &

29

Nico de ly. ex o. xx. Ideo de huiuſmodi eſt confitendũ in ſpe cie. Si diebus dominicis & aliis diebus feſtiuis non vacauit orationi quia ad hoc tenetur ſecundum doctores ex hoc pre cepto decalogi. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Con cordat Raymũd9 & durandus in ſumma eodem titulo queſti one quinta. Si in feſtis preceptis vt ſupra audiuit miſſam integram ſicut tenetur de conſecratione diſtinctione prima. Omnes fideles. et capitulo. Miſſas. Nã ſi omiſit ex contem ptu vel cupiditate lucrandi vel alia irrationabili cauſa. puta eundi ad ſolatia vel conuiuia ſeu etiam ex negligẽtia vel igno rantia craſſa peccauit mortaliter tociens quociens omiſit au dire totam vel etiam notabilem partem. Secus ſi omiſit ex cauſa rationabili vel etiam ſi ex cauſa minus iuſta quandoqȝ ante finem miſſe diſceſſit vt in dicto capitulo. Miſſas. Idem Archi. in dicto. c. Omnes. dummodo ſine ſcandalo aliorum diſcedat. ꝙ autem quis audiat miſſam in parochia ſua in fe ſtis non eſt de precepto. nec obſtat decre. vt diebus extra de paroch. quia antiquiſſima conſuetudine illi decretali deroga tum eſt quam romanus pon. ſcit & tollerat. Vnde audiens miſſam alibi ꝗ̃ in propria parochiali eccleſia non conſtituitur tranſgreſſor. vt volunt Inno. Gof. & glo. in. c. i. de treu. & pa. Et aliter ſentire eſſet laqueum inicere fere omnibus criſti anis quod non eſt veriſimile fore de mente pape. Quod autẽ quis audiat miſſam a concubinario. ſimoniaco & huiuſmodi ex quo prelati ſuper hoc non prouident non videntur confi tentes ſtimulandi niſi ſint adeo notorii ꝙ nulla poſſint tergi uerſatione celari aut aliquo iuris ſuffragio excuſari. Si ad miſſam perrexit ieiunus & ſtuduit audire eam cum deuotio ne reuerentia & attentione abſqȝ leuitate & garrulatione vt tenetur. Si cum potuit in feſtis ad predicationem ire curauit quia ſi ex contemptu vel ignauia accurata ire noluit de facili ibi mortale eſſe potuit.

De ieiuniis

Si obſeruauit indicta ab eccleſia ieiunia per totum anni cir culum ſcilicet. Quadrageſimam. quatuor tempora & vigili as feſtiuitatũ. Natiuitatis domini. Penthecoſtes. Aſſũpcõis

beate virginis Marie· Johannis bap· omniũ apoſtolorũ preterꝗ̄ philippi & Jac· & Jo· euan· omniũ ſanctorum· & beati laurencij· & ea que epi indicũt in ſuis epiſcopatibꝰ· de cõ· di· iij· c· i· & di· v· c· ieiunia· Ad hec eñ oia ieiunia quilibet poſt annũ· xxi· tenet̄ ſub p̄cepto iuris poſitiui & qlibet omittẽs ea ieiunare ex cõtemptu vel ſine rationabili cauſa mortaliter peccat· ſecus ſi ex cauſa rationabili frãgit ieiuniũ credẽs probabilit̄ ꝙ ſi legiſlator adeſſet eum ĩ tali caſu obligari nollet· nec talis trãſgreſſor ẽ precepti· ſm Tho· in· iiij· di· xv· ar· i· q· iiij· & ſecũda ſecũde· q· cxlvij· Idẽ Archi· lxxvij· di· vtinã & de cõ· di· iij· c· i· Soluũt eñ ieiuniũ tm̃ tria· primo ſoluit illud pluralꝰ cõeſtio· ſcd̃o carniũ refectio· t̃cio innis notabilis hore preuẽtio· ſm tho· vbi ſupra· Ibi eñ etiã dicit ꝙ nõ ſoluũt ieiuniũ vinũ aqua & electuaria· Con· Ric· ibidẽ· ar· iij· q· vi· Ex hys ptz ꝙ multi excuſantur a ieiunio iuſta de cauſa q̃ dicit̄ etas infra annũ· xxi· Infirmitas· debilitas· ciboꝝ penuria· paupertas peregrinatio & huiuſmodi· de hys tamen vide plenꝰ ĩ direc· c· ti· et tho· vbi ſupra· Et in piſa· Et quando cauſa nõ ieiunãdi eſt euidẽs poteſt licite quilibet p ſeipm ieiuniũ omittere· Secus ſi nõ ſit cauſa euidẽs niſi cũ de facili non poteſt qs ad ſuperiorẽ recurrere ꝓ diſpẽſatione· Et incipit dies quo ad ieiuniũ a media nocte vt habetur in piſa· C· cõmunicare· Quo vero ad eſum carniũ poſt cenam diei iouis ſiue alterꝰ diei vſqꝫ ad mane tercij diei comprehendẽdo duas noctes & vnũ diẽ· de cõ· di· iij· de eſu ſm hoſti· & Bar· extra de fer· qm̃· Sed ſm Jo· cõſuetudo habet & etiã lex ciuilꝰ· ff· de fer· l· More· ꝙ ſicut quo ad iudicia dies ĩcipit a media nocte & terminatur in aliam mediam noctẽ ſic quo ad eſũ carniũ vt ibi qd̃ videtur verius· vt notat̄ in direc· li· iiij· ti· xxxi· Interroget̄ deinde ſi pluries in die ieiunij comedit ſine diſpẽſacõe vel cauſa legittima· Fregit eñ ieiuniũ & peccauit mortaliter· Non tamẽ dicitur quis pluries comedere licet ſumat aliqua que de ſe nõ ſũt principaliter ordinata ad manducandum ſeu nutriendum ſed ad alium vſum· puta vinum aquam electuaria que licet aliquo modo nutriãt nõ tñ hic eſt eorum principalis vſus niſi fieret in fraudem vt eis quaſi alijs cibis

vteretur in magna quantitate ad famem extinguendam·ſecun
dum Tho·vbi ſupra·Con·Inno·extra·e·ſuper rubrica·Vbi
dicit ꝙ circa ieiunia ab eccleſia indicta poteſt ſtatui ꝙ bis in
die comedatur·Sed parum comedatur in prima vice ſicut
faciunt ciſtercienſes nec frangunt ieiunium eccleſie·Idem de
ſeruitoribus nobilium & religioſorū & lectoribꝰ menſe eorū
quia licet prelibent aliquid modicum ante horam non fran-
gunt ieiunium ſecundum·v̇v̇·& do·An·de butrio·in·c·Cō-
ſilium·e·ti·plenius·ibi·Si ī diebus ieiunij abſtinuit a cibis
prohibitis·Nam ſi comedit illis diebus ꝓhibita cibaria fre-
git ieiunium·ſm thomam vbi ſupra·vbi dicit ꝙ carnes vni-
uerſaliter intēdicūtur in omni ieiunio eccleſie·Idem de ouis
caſeo & alijs lacticinijs in ieiunio quadrageſimali·in alijs au
tem ieiunijs de ouis & lacticinijs diuerſe conſuetudines ſunt
apud diuerſos quas quiſq₃ ſeruare debet ſecundū mores eo-
rum inter quos cōuerſatur ſm eundem tho·ibidem·Idez Ar-
chi·de con·di·iij·Rogationes·in ſi·Si in diebus ieiunij nota
biliter anticipauit horam comedendi ſine legittima cauſa ſol
uit ieiunium ſm Thomā·vbi ſupra·& cōſequenter peccauit
mortaliter·xxv·di·§·Criminis·ad ſi·Hora em̄ comedendi cō-
grua ī diebus ieiuniorum eſt circa horā nonam·ſi tamē ꝑ mo
dicum tempus ante comedatur·puta hora ſexta·nō ꝓpt̄ hoc
frāgit̄ ieiuniū maxime cum in multis locis iam inualuerit cō
ſuetudo ꝙ illa hora comedatur·ſecꝰ ſi hora tercia quis come
deret ſine legittima cauſa·ſm Ric·in·iiij·di·xv·ar·iij·q·viij·
Tardar̄ aūt pꝰ nonā nō ē peccatū niſi fieret ex ſupſticōe·Si
in die ieiunij peccauit mortalit̄ parū ꝓfuit ad ſalutē nō tamē
trāſgreſſus ē ꝓpt̄ hoc ſtatutū ſiue p̄ceptū eccleſie vl̄ legis po
ſitiue eo ꝙ iuris poſitiuū nō attēdit intēcōz facientis ſꝫ ip̄m actū
ſm tho·in·iiij·di·xv·ar·iiij·q·i·cō·Ric·vbi ſ̄·q·vi·ſi ieiunā
do ex debito voti vel p̄cepti aliqd de ſero comedit·nā ſi cōedit
panē aut fructꝰ ꝑ modū cibi & ad nutriēdū vel etiā ꝯfectiōs
in magna q̄ntitate fregit ieiuniū·ſecꝰ ſi modicū qd ꝯfectionū
vel etiā fructuū ſūpſit ꝑ modū medicīe ne ſcꝫ vinū ſtomachū
dilauet·bibē aūt an̄ prandiū l̄ pꝰ n̄ frāgit ieiuniū ſm cōmunē
opionē doc·ſi alicubi exiſtēs tp̄e ieiunij ieiunauit ſm morē et

cõſuetudinē ciuitatis vel loci vbi erat ꝑut tenebatᵘ· xij· di· c· illa· vbi beatus Am· beato Aug· cū de hoc ↄſulēti ait· tu ad quā ecclesiā veneris eius morē ſua ſi cuiq; nō vis eſſe ſcandalū nec quenq; tibi· Ex q̊ textu innuitᵘ ꝙ mediolanēſes añ ſuū carniſpriuium extra eoꝝ territoriū ſe repientes tenentᵘ ſe ceteris in ieiunio ↄformare a q̄rta feria cineꝝ vſq; ad ſuam q̄draesimam· Non obſtat ꝙ Archi ibidē ſm Hug· dicit ꝙ · c· illa· eſt cõſilij non p̄cepti niſi cū ex obmiſſione talis ↄſuetudinis ſcandalum oriretur: quia fateor hoc veꝝ qd̾ dicit de ieiunio pticulariter obſeruato in vna ciuitate vel loco cõſuetudie indicto & non in alia: ſicut erat ieiunium quod rome tempore beati Ambroſij obſeruabatur a matronis romanis & non mediolani· Et de tali ieiunio in vno loco particulari conſuetudine indicto & non ī alio loquitᵘ dictū· c· Jlla ꝙ eſt cõſilij q̄n poteſt ſine ſcandalo fieri· Sed in caſu noſtro loquitur de ieiunio generaliter ab eccleſia indicto & precepto· ſ· xl· de conſ· di· v· c· quadrageſime· quam qui poteſt & non ieiunat totā poſt annū· xxi· mortalitᵉ peccat & ſic ↄcluditᵘ ꝙ mediolanenſes extra territoriū ſuū exiſtētes mortalitᵉ peccāt ſi ſe cetis nō cõformēt vt ſ· ī ieiunio q̄dragesimali· Cō· collec· c· j· de obſ· ie· ī ſiſi caſu· q· xij· qd̾ de lūbardis· Simlr peccāt ex ↄſuetudie patrie ꝓpe ↄmedētes carnes die ſabbati vl alio tpe ſi alibi ↄmedāt vbi nō ē talis ↄſuetudo· q vo ī patria ſua ñ ↄſueuerūt ↄmedere ſi ibi vel alibi vbi ē ↄſuetū ſe repierāt ↄmedendo carneˢ ñ peccāt de ↄſe· di· v· q̄a dies· & nōt Guil ī de· digniū de cele· miſ· & indirec· vbi ſ· e· ti· in ſi·

Quartum eſt de honore parentum·

[Q]Vartū p̄ceptū ē· hēaˢ ī hõre pentes· Honor q hic p̄cipitur filijs exhibere pentibꝫ· ſm Alex· d al· m· iij· pte ſu· di· xxxiiij· ī pn· ↄſiſtit ī duobꝫ ſcʒ ī reuerētia & ſubuētōe· in reuerētia triplicitᵉ· ſ· in affectu in effectu & ī ſigno· Jn ſubuētōe· ſ· corpali etiā tripliciter honor cõſiſtit ſcʒ in ſolacio vboꝝ in ſeruicio operum in exhibitione neceſſarioꝝ· Jdeo circa hoc preceptū poſſunt ſic formari interrogationes· Primo ſi obedīuit parentibus in omnibus que pertinent ad neceſſitatem

eorum & diſpoſitionem ſeu vtilitatem rei familiaris· nam ad
hoc tenetur ex precepto ſm Alex· vbi ſupra· alias mortali-
ter peccat ſi contumaciter inobediens fuit· Si obediuit eis in
hys que pertinent ad diſciplinam bonorum morum· Nam ad
hoc tenetur quod intelligit verum· Alex· vbi ſupra de hys q̄
ſunt ad ſalutem neceſſaria· In minimis tamen etiam licitis ex
negligentia non obedire veniale eſt· Si dilexit eos cordiali-
ter vt tenetur· Nam alias peccauit & ſi aliquando deliberate
optauit eis mortem quoquo reſpectu mortaliter peccauit· Si
verba obprobrioſa vel contumelioſa eis intulit· irriſit· male-
dixit vel blaſphemauit viuos aut defunctos mortaliter pec-
cauit· Si eos ſigno vel facto notabiliter inhonorauit vel de-
ſpexit mortaliter peccauit· Si eos ſcienter ad irā notabiliter
prouocauit mortaliter peccauit· ſecus ſi non ex propoſito qa
tunc veniale videtur ſi eos non ſupportauit vel non ſubuenit
cū poſſet· p̄cipue ī magnis neceſſitatibꝰ vel infirmitatibꝰ cor
poralibꝰ mortaliter peccauit· ſi eos voluntarie verberauit etiā
leuiter mortaliter peccauit· ſi contendit vel dure locutus eſt·
& irreuerenter non tamen ex contemptu· veniale videt̄· ſi eos
prohibuit teſtari in vita vel in morte aut impediuit ne diſpo-
nerent ꝑ anima ſua ſeu a reſtitutiōe retraxit & ſi forte hac de
cauſa ꝓhibuit ſacerdotes ſeu religioſos ad eos accedere· mor
taliter peccauit & poteſt ab eorum hereditate repelli· C· ſiqs
aliquem teſta· ꝓhi· l· ij· Si non impleuit legata parentum et
predeceſſorum ſuorum ad pias cauſas quia ſi multū diſtulit
vltra tempus ꝑ eos ſtatutū cū poſſet implere licʒ cū incōmo-
ditate grauiſſimum peccatum mortale cōmit ſcʒ rapine furti
& ſacrilegij· xij· q· ij· Amico· & quod maius eſt fidem nega-
uit· & eſt infideli deterior· xiij· q· ij· Quod oblationes ſecūdo·
& · i· thi· v· Et poteſt cogi per epiſcopum & hereditate priua
ri· vt in· c· Si heredes· & in· c· Johannes· de teſta· i ſi· & ibi
per doc· Si patris vota q̄ morte preuentus adimplere nequi-
uit ſatiſfecit poſt eius mortem· Nam quilibet heres tenetur
adimplere quecunqʒ realia vota eius qui eum inſtituit here-
dem ſicut & debita· alias hereditate priuabitur· extra de vo-
to· licet· Et hec vera ſunt etiam ſi ei pater hoc non iniunxerit

ſi intendit adire hereditatem & ſi vires hereditatis hoc patiantur legittima tamen filio reſeruata· Ad vota tamen perſonalia non tenetur niſi pater ea ſibi miunxerit in vltima voluntate· tunc enim omnino tenetur ipſe filius etiam ſi non acceptauit· alias hereditate priuabitur· vt ibi et dicto· c· ſi heredes· per dominum An· de bu·

Preceptum quintum eſt de non occidendo

Quintum preceptum eſt· Nō occides· vbi nota quod tribus modis cōmittitur homicidium corporale· ſcilicet voluntate· caſu & neceſſitate· Homicidiū vero voluntariū etiā quadruplicater cōmittitur· ſcilicet facto· dicto· cōſilio & pcepto· l· di· ſi qs viduā· & ſm hoc poſſent ſic formari interrogationes Primo ſi ſponte manu ppria occidit aliquē et ſi patrē vel matrem filiū vel fratrē ſeu extraneū & qua de cauſa quia peccauit mortalit· di· l· ſi quis voluntarie· Si pater filiā vel frater ſororē fornicātem occidit mortalit peccauit· Si vir vxorem ppter adulteriū vel vxor virū ppter odiū ſeu amorē adulterij occidit mortalit peccauit· ſi mulier grauida qſiuit aborſū p medicinas vel labores nimios vel alit· qr peccauit mortalit ipa et qcūqz pſona ei ad hoc cōſulēs vel coopās etiā ſi nō ſequatur effectus· ſi vero ſequatur effectus et puerperiū iā erat formatū quod fit i maſculo ſm Augus· ſup Jo· c· ij· in· xlvi· diebus· i femīa vero in lxxx· vt notatur· v· di· in pn· & habetur· ij· ſen· di· xxxi· tūc homicidiū cōmittitur p eā & p coopantē vel cōſulentē· ij· q· v· Cōſuluiſti· & xxxij· q· ij· Ad vero· Si mater vel nutrix ſuffocauit filiū quē tenet iuxta ſe in lecto inaduertēter opprimēs eū mortale videtur ſi ppter eius culpā vel negligētiā notabilē· extra de his q oc ſi· c· ſi· ideo monēdi ſūt parētes ne filios tenellos ſecū i vno lecto collocēt· ij· q· v· Cōſuluiſti· in tex· & glo· Cō· dn̄s An· de bu· d· c· ſi· vbi dicit quod ſi caſū precedit culpa grauis puta qr in medio filiū poſuerūt imponitur penitentia· vij· annorū· l· di· Si qua· Si vero pceſſit culpa leuis vt quia in eo dē lecto ſed tamen a longe poteſt imponi penitentia trium annorū vt ibi· Si vero nulla preceſſit de iure nō ſūt puniendi ſz ad cautelam ppter ambiguū poteſt imponi aliqua penitētia arbitraria· hec ille· Si procurauit venena ſterilitatis aut aliqd alicui mulieri

fecerit vel ad potandum dederit vt non poſſit generare aut cō
cipere vel naſci ſoboles mortaliter peccauit & dicitur homici-
dia · extra de homici· ſi aliquis· Et dominus· An· de bu· ibi-
dem & · ij· q· v· conſuluiſti· glo· ſi· Si dedit mala medicamina
turpis amoris cauſa alicui n̄ vt occideret & tñ morit̄ mortale
eſt & punit̄ ac ſi occidiſſet qa dedit opam rei illicite· & not·
do· An· d bu· i d· c· ſi aliqs· Si occidit aliquē a caſu p̄ter intē
tōz dādo operā rei illicite vt ī ludo noxio ſicut ad ſaxa & hꝰ
modi vel etiam rei licite ſed non adhibendo debitā diligētiaȝ
vt proijciendo tegulas de tecto non clamando nō excuſatur a
mortali· extra eo· Joannes· & · c· ſi· Et ibi do· An· de bu · idē
Alex· de al· tercia pte ſu· ſup hoc precepto· Si mulier grauí-
da dedit cauſam aborſui etiā p̄ter intentionē : vt quia nimis
coizauit vel alias nimis laſciuiendo : aut grauibꝰ oneribus ſe
ſubmittendo vel indiſcrete laborando n̄ videt̄ excuſari a mor-
tali· extra de his q ſi· oc· c· de infantibꝰ· Si ex neceſſitate eui
tabili vel etiā ineuitabili ad quam deuenit ex culpa ſua puta
quia adulter cōprehenſus a viro occidit ipm virum vt euade
ret mortem vterqȝ peccauit mortaliter & vtriqȝ imputat̄ cul
pa homicidij· extra de teſti· ſicut· & de homici· ſicut dignum·
Si non ſubuenit cū potuit exiſtenti in articulo extreme neceſ
ſitatis reus ē homicidij· lxxxvj · di· paſce· Si mutilauit vel mē
brum aliquod alicui inutile reddidit vulnerauit vel alias per
cuſſit ex iniuria n̄ habens ex officio mortaliter peccauit· Idē
ſi iniuſte & ſine legittima cauſa aliquem carcerauit vel per vi
olentiam retinuit & ad reſtitutionem damni tenetur vt infra
precepto· vij· Si verbo· ſ· mandando cōſulendo ratificando vl
incitando cooperatus eſt ad mortem alicuius mutilationem
vel aliam corporalem leſionem : vel dixit ſeu fecit aliquid p-
pter quod ſequeretur aliquod predictorum & mala intentio-
ne mortaliter peccauit· Roma· primo· Digni ſunt morte ſc·
di· l· ſi quis viduā & ibi Archi· de officio dele· c· j · vbi glo·
plene de hoc · Et vltra peccatum in omnibus predictis te-
netur quilibet agens mandans conſulens cooperans & indu
cens ad omne damnum & intereſſe· exo· xxj· & extra de iniu·
et dam· da· c· primo & · c· nullus de reg· iu· li· vj· Si ſcienter

venenoſa & huiuſmodi vendidit ad occidendum mortale eſt Si occidit vel mutilauit aliquē in loco ſacro ſacrilegium cō mittit & eccleſiam violauit·xvij·q·iiij·ſicut·Si p violentiaz etiam officialis malefactorem vel debitorem eduxerit d loco ſacro vł capere fecerit mortaliter peccat|& tali' punitur ſicut pro crimine leſe maieſtatis vt in cle·j·de pe·& re·duobꝰ caſi bus exceptis·Si fecit vel fieri fecit torneamēta currere ad bra uium & huiuſmodi vbi ſit piculum vite ſpiritualis vel corpo ralis mortaliter peccauit: ſimiliter omnes qui huiuſmodi ſpe ctaculis delectantur.

Preceptum ſextum eſt de prohibitione mechie

Non mechabere

SExtum preceptum eſt · Non mechaberis · Hoc prece pto vt dicūt doctores noſtri prohibetur omnis ɔcubi tus qui eſt preter legem matrimonij· Et quia hoc ſem per eſt mortale in omnibꝰ ſpeciebus ſuis·xxxvi·q·j·Ideo tā ꝙ neceſſario confitendis debet confeſſor de ipſis omnibus in terrogare non tamen omnes de omnibus ne quis diſcat pecca tum quod neſcit ſed a longe prout conuenit cuilibet confiten ti prudenter ſemper & honeſte· Et cum vltimam peccati ſpeci em habuerit vlterius non ꝓcedat ad alias particulares circū ſtantias nō neceſſarias ꝓpter piculuz euitandū: qa eccleſiaſti ci·xiij·dr·Qui tetigerit picē coinquinabitur ab ea·Primo igitur

Interroget pº

interroget ſi ſolutꝰ ɔgnouit ſolutā & tūc dr fornicatio & dēt interrogare ſi talis ſoluta ē meretrix vel ſerua ſua vel alterius vel vidua & ſi īduxit eā & quō & ſi tenuit eam ꝓ ɔcubina & ſecrete aut publice qa tunc ibi eſt ſcandalum ꝓximoꝝ neceſſā rio confitendū· Si defloraiut virginē ꝑter matrimoniū dicitur ſtuprum|& ſi adhuc īduxit eam forte ꝓmittendo ipſam ī vx orem accipere neceſſe habet ſeductor in foro iudiciali d adul· c·j·ipſam accipere ī vxorē aut eam dotare iuxta facultatē ip ſius & conditionem puelle: Si vero deflorauit eam voluntari am ſine aliquo tractatu de contrahendo matrimonium cum ea non tenetur ad hoc in foro iudiciali ſm v·v·Sed ab·ſy·dicit ibi dem ꝙ etiam hoc caſu tenetur vt ſupra: ſi cognouit vxorem alterius vel exiſtens ipſe vxoratus ɔgnouit ſolutā hoc enim dr

adulteriū & eſt duplex adulteriū ſi vterqꝫ ē coniugatus· Si intulit violentiā alicui: puta qa violenter abduxit puellam a domo pentum· hoc cū dicit raptꝰ ſiue rapuerit eā cōtra volūtatē ſuam ſiue etiam contra voluntatem pentū· Et ɔmittit n̄ ſoluꝫ de virgine ſ; etiā de vidua & ſanctimoniali· xxxvi· q· ij raptores· Nō tn̄ dicit raptor ſm canones qui ꝓpriā ſponſam rapuerit· vide piſa· c· ij· raptor· Si cognouit ɔſanguineā ſuā vel conſanguineam vxoris ſue vſqꝫ ad quartū gradum ɔſanguinitatis vel affinitatis incluſiue dicit inceſtus· Idē dico de muliere que pmittit ſe ɔgnoſci a ɔſanguīeo vel affine viri ſui Si cū monali rem habuit agere vel cū ea q̄ ꝓfeſſa eſt caſtitatem hoc dicit ſacrilegiū· Idē dico ſi mulier cū clerico ł religioſo & huiuſmodi ſe ɔmiſcuit carnaliter· Si cognouit cōmatrem vel eam quā tenuit ad baptiſmū dicit inceſtus vel ſacrilegiū· Idem ſi ecōuerſo· Si peccauit contra naturam voluntarie pollutionem ꝓcurando p ſemetipſum vocatur peccatum immūdicie vel mollicie: ſiue hoc procurauerit propriis manibus ſiue aliis modis· de modo eīn non ē curandū· Si maſculus cū maſculo turpitudinē opatus eſt | vel femina cū femina vel vir cū muliere extra vas debitū dicitur ſodomia vel ſodomiticū vitiū pe q̄ Apoꝰ Ro· j· Si cū brutis opatus ē ne pba- et cū quibus dicit beſtialitas·

Preceptū ſeptimum eſt de furto·

SEptimū p̄ceptum eſt· Non furtū facies· Quo precepto ꝓhibet oīs ɔtrectatio rei aliene & retētio iniuſta ſm Nic· de li· ex· xx· Vel dic ſm alex· de al· in tercia pte ſu· di· xxxvij· ſup hoc p̄cepto q furtū dicit dupliciter ꝓprie· ſ· & interp̄tatiue & vtrunqꝫ hoc p̄cepto ꝓhibet· Furtum ꝓprie dicit ɔtrectatio rei aliene ignorāte dn̄o ɔtra ſuā voluntatem· & ſic ſub ꝓhibitione furti prohibetur etiam rapina et vſura· Furtum interpretatiue dicitur omnis illicita rerum poſſeſſio· Et hoc multipliciter committitur vt infra· Primo igitur interroget· Si abſtulit rem alienam ignorante vel inuito domino non ſolum ab extraneo ſed etiam ſi filius a parentibus vxor a viro | ſeruus a domino · Nam furtum eſt ſi

fuerit quid notabile vel etiã licet fuerit quid minimũ habuit tamen voluntatem maiora ſubtrahendi · xiiij · q · vi · c · ſi · Et cõſequenter vtroqꝫ caſu eſt mortale ſecundum thomam ſecunda ſecunde · queſtione ſexageſimaſexta · Et vltra hoc tenet' ad reſtitutionẽ dominis rerũ vel heredibus eorũ · Alias ſi ipſi nõ ſupſunt detur pauperibꝫ de vſuris · Cũ tu · Si rem ſibi mutuatam retinuit vel alias rem alienã ꝑuentã ad manꝰ ſuas non reſtituit | furtum cõmiſit · niſi ille tantũdem de ſuo certitudinaliter haberet qđ non vult reſtituere & ex hoc non ſequit' aliquod malũ vel ſcandalũ · Scđ · in · iiij · di · xv · clariꝰ · Si vſus ē re depoſita vel cõmodata ad aliũ vſũ quã fuerit depoſita vel cõmodata ſine licentia deponẽtis vel cõmodãtis furtũ cõmiſit & tenetur de omni vtilitate quã inde habuit niſi probabiliter preſumat dñm rei eſſe contentũ · ff · de cond · fur · l · Qui furtũ · & · ff · como · l · ſi vt certo · hoſti · & Gof · Si vſus ē pignore ad ſui vtilitatẽ contra voluntatem dñi furtum cõmiſit & eſt mortale · ff · de fur · l · ſi pignore · Idem thomas ſecunda ſecunde · q · lxviij · Si aliquid inuenit qđ non credit haberi pro derelicto & aĩo retinendi tulit furtũ cõmiſit ſecũdũ Alex · vbi ſ · Secꝰ ſi inuenit theſaurũ qui dicit' pecunia ab ignotis dñis vetuſtiori tempore abſcondita · Cõ · gloſa · xiiij · q · v · Si quid · Et in primo caſu ſi non reperitur cuius ſit facta diligenti inquiſitione tenetur dare pauperibus ·

De rapina ·

Si rapuit rem alienam violenter mortaliter peccauit · & ad reſtitucionem tenetur · & vltra hoc ſi comode poteſt đ iniuria illata veniam petere debet · Si pirata fuit depredans per mare quoſcũqꝫ indifferenter mortaliter peccauit · & ad reſtitutionem tenetur · & eſt excommunicatus excommunicatione papali · Idem de eo qui depredatus eſt rompetas · vel neceſſaria ad vſum curie portantes · vt habetur in excommunicationibus ꝓceſſus curie · Si in bello iniuſto aliquid rapuit vel etiam iuſto ſed contra edictum domini vel etiam de bonis ſubditorum iniuſte bellantiũ qui in tali bello nõ ꝓſtiterũt dñis cõſiliũ auxilium vel fauorẽ · tales enĩ nõ ſũt expoliãdi nec religioſi clerici vel conuerſi peregrini mercatores ruſtici euntes & redeũtes & in agricultura exiſtẽtes nec aĩalia qbꝰ arant &

ſemina portant & contra faciens mortaliter peccat et ad reſti-
tucõez tenet᷑· extra de tre· & pa· Innouamꝰ ·xxiij· q· iij· ſi qs
rompetas· Si aliq̄d rapuit in bello dubio nõ exñs ſubditus
mouẽtis bellũ vt ſũt amici cognati ſtipendiarij & huiuſmodi
nõ excuſat᷑ a mortali & ad reſtitucõez tenet᷑ ·xiiij· q· v· deniqꝫ
& ibi etiã Archi· ſubditꝰ vero ĩ dubio excuſatur propter bo-
num obedientie ·xi· q· iij· quid ergo ·xxiij· q· i· Quid culpat᷑·
hoc verũ ſm Ray· ſi fecit quod potuit vt certificaret᷑· Si ab-
ſtulit aliquid ex naufragio ſiue de ipſa naui vel littore aĩo
retinendi furtum commiſit· ff· de acqui· re· do· l· Qua ratiõe·
C· de fur· l· m eũ· & tenetur ad reſtitucõem· ff· & naufra· l· ſi
quis ex naufragio· Nec vlla cõſuetudine ſtatuto vel p̄cepto
excuſat᷑ ab ea & eſt ipſo iure excõmunicatꝰ extra de rap· Ex
cõmunicationi· vt in glo· ſi· Si mala intẽtione propria aucto-
ritate cõbuſſit villam locum vel ſegetem alienã mortalit᷑ pec-
cauit & ad reſtitutionẽ tenet᷑ extra de iniu· & dã· da· ſi egreſ-
ſus· ſi vero quis caſu vel negligentia hoc fecerit licet in foro
ciuili teneatur· ff· ad· l· acquil· l· Acquilia· In foro tamen pe-
nitentie non tenetur niſi ex dolo vel lata culpa hoc fecerit· no-
tat Inno· c· ſicut dignum· de homici· Idem hoſti· & dominꝰ
An· de hu· ibidẽ· Si aliq̄d recepit a clericis de bonis eccleſie
ſine cauſa rõnabili vt ꝑ aliq̃ turpitudĩe vel ꝑ fraudes minas
vel ĩportũitatẽ nimiã grauiter peccauit & reſtituere tenet᷑ ſm
doc· idem de cõſanguineis clericoꝝ qui recipiũt ab eis de hu-
iuſmodi bonis nõ qꝛ indigẽt ſ; vt ditent᷑ ·xij· q· ij· Monemus·
De vſura· Si mutuauit pecuniã numeratã vel aliq̄d eoꝝ
que vſu conſumuntur· vt frumentum vinum oleum & huiuſ-
modi cum intentione aliquid recipiendi vltra ſortẽ mortaliter
peccauit & vſuram cõmiſit extra de vſuris· Conſuluit· vbi di-
cunt doc· cõmunit᷑ ꝙ etiã ad reſtitutionem tenetur· precipue
ſi verbo vel ſigno expreſſe vel tacite innuit debitori vt ſibi ex
hoc aliquid daret· Si mutuauit ſuper pignus rei mobilis vt
veſtis equi & huiuſmodi hoc pacto vt poſſit vti tali pigno-
re vſqꝫ quo pecunia reddatur vſura eſt & mortale· ſecundũ
Thomam & extra· e· c· i· Si mutuauit ſuper pignus rei ĩmo-
bilis vt domꝰ agri et huiuſmõi vt interim accipiat vſufructũ

pignoris donec alius pecuniam tenuerit mortale eſt & vſura. & ad reſtitutionem tenetur extra de pigno. Illo vos. Excipitur caſus. c. ſalubriter de vſuris. de quo infra. Si pign9 rei mobilis pdidit ſeu deteriorauit tenetur debitori de dolo lata culpa & leui. C. de pignor. acti. l. ij. iiij. & v. qz hic cõtract9 celebratur gratia vtriuſq3 Concordat ſpe. e. titulo. §. ſed queritur. Si mutuauit pecuniam principaliter cum ſpe conſequẽdi aliquod munus a lingua vl' obſequio quod pecunia extimari poſſit puta opera boum iumenti vel perſone vel vt procuret ſeu aduocet pro eo vſura eſt & ad reſtitutionem tenetur. ſecundum thomam ſecunda ſecunde. q. lxxviij. xiiij. q. iij. c. putant & capitulo plerq3. Si depoſuit pecuniam penes mercatorem vel artificem ſine aliquo pacto intendens tamen percipere aliquid vtilitatis ad diſcretionem eius & quod in omni caſu ſaluum habeat capitale ſuum vſura eſt & reſtituere tenetur. ſecus ſi intendit vel etiam paciſcitur participare tam de dampno q̃3 de lucro. Ric. in. iiij. di. xv. ar. v. q. v. aliter tamẽ dicunt. Jo. andreas. & ab. ſy. de dona. inter vi. & vxorem. c. per veſtras. Si in emptione fructuum terre vel aliarum rerum propter prematuram ſolutionem emit min9 iuſto precio vſura eſt. ſecus ſi precium minuit quia tẽpore quo res empta traditur veriſimiliter creditur q̃p amplius nõ valebit & forte minus extra eo. Nauigãti. Si vendidit ad terminũ pannos merces aromata & huiuſmodi maiori p̃tio q̃3 valeãt ratione dilationis vſura eſt. Si vero nõ vendidit plus iuſto p̃tio licz aliquid plus lucri velit ab eo qui vult emere ad credẽtiã q̃3 ab eo qui ſtatim numerat pecuniã non eſt licitum. Si mutuauit alicui pecuniam ex pacto & intentione principali vt ſibi in poſterum remutuet vſura eſt. xiiij. q. iij. c. i. & in cle. Ex graui. e. titulo. ſi tutor exiſtens vel curator pupillorum ſeu procurator aut factor cuiuſcunq3 pecuniam eorum dedit ad vſurã ad vtilitatem illorum vltra peccatum mortale commiſſum ſi illi non poſſint vel nolint reſtituere ipſi tutor ꝓcurator vel curator & huiuſmodi ad reſtitutionem tenentur ſm thomam & Inno. in. c. Michael. extra eodem. licet aliqui dicant q̃p nõ tenentur niſi quando principalis in cuius vtilitatem verſa eſt

pecunia non fuerit soluendo. Hec indubitanter vera sūt de tu
tore curatore et procuratore ꝑ eo ꝙ prestant auctoritatē ta-
libus. Idem si ipi vel mater pupilli exigūt vsuras ex ↄtracti
bus vsurarijs factis a p̄re ipius pupilli. Sec⁹ de eo qui non
prebet nisi nudū misteriū vt sūt famuli qui de mandato dño
rum dant pecunia ad vsurā et a debitoribꝫ postmodū recipiūt
eam cū lucro. Tales em̄ non tenentur restituere. secūdū. vv.
si nil ad eos peruenit. presertim si illi domini alias per seipsos
vel per alios & si non per istos vsuras exercerent. Idē pe. de
palu. Si vero sint factores stantes ad dandū mutuum ita ꝙ
apud eos residet quasi principalis auctoritas suorum domi-
norum vel magistrorum. Tunc si principales qui habuerūt
lucrū vsurarium nil restituunt obligant̄ ipi factores ex eo ꝙ
prestant causam efficacem argumentum in. c. episcopus de p̄
ben. li. vi. Si mutuauit alicui cōmunitati vel domino cū pa-
cto ꝙ durante debito nō teneatur soluere collectas sibi & ce
teris legittime imponendas vsura est vt videtur tenere. Jo.
an. in. c. Cōsuluit. de vsuris. Et pe. d' ancha. e. ti. c. i. & Col
lec. e. ti. post miserabilem. Con. Johannes de legna. & Johā
nes cal. Si mutuauit pecuniam alicui ea intētione vel pacto
vt molat ad molendinum suum vel coquat ad furnum suum.
vel vadat ad apotecam suā ad emendum. vel si est doctor vt
intret scolas suas & huiusmodi alias nō mutuatur⁹ vsuras
cōmittit. Et si ꝓpter hoc eos dāpnificauit in aliquo tenet̄ eis
ad restitutionē. Si vero eos nō dāpnificauit nec grauauit in ali
quo qꝛ nec cari⁹ vendidit nec plus ab eis ꝙ̄ ab alijs accepit
tūc qcqd cōmodi vel vtilitatis ꝑ cōcursu molēdini furni apo
tece & huiusmodi augmentato consecut⁹ est tenet̄ paupibꝫ
erogare. ꝭm. Jo. an. in reg. Peccatū de reg. iu. li. vi. in mer-
cu. & Jo. cal. in. c. nauigāti. extra de vsuris. Si posuit dena
rios in imprestitis Venetiarū mōte florētie vel locis Janue.
qꝛ si spōte posuit & accipit aliquid vltra sortē vsura est ꝭm
multos doctores famosos & excellētes. licꝫ aliq dicūt huius-
